Nr. 1918.

CURRENDA III.

A. D. 1872.

N. 91. pr.

NOS
JOSEPHUS ALOJSIUS
Liber Baro Pukalski

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPUS TARNOVIENSIS

Suæ Sanctitatis Prælatus domesticus, Suæ c. r. Apost. Majest. intim. consiliarius, Solio Pontificio Assistens, Comes Romanus, Eques c. r. Ordinis Coronæ ferreæ II. Classis, Commendator c. r. Ordinis Francisci Josephi, Membrum Comitiorum Regni Galiciæ, Præses Commissionis pauperum Tarnoviæ &c. &c.

Salutem in Domino!

In toto orbe catholico instituuntur peregrinationes ad loca sacra, peraguntur triduanæ devotiones et diversissimæ supplicationes eum in finem, ut misericordiarum Pater et Deus omnis consolationis dignaretur abbreviare tempus tribulationis pro S. Patre nostro Pio IX., ut dignaretur ad justitiæ salutisque semitas reducere EJUS et Ecclesiæ Sacrosanctæ nostræ inimicos, et IPSI ac Ecclesiæ catholicæ tantopere agitatæ tranquillitatem et pacem ocyus restituere.

Ne in re tam gravi et momentosa desimus, constituimus apud Nos, provocare Vos, Fratres in Christo! quatenus proxima dominica post obtentam hanc missivam populo ad divina congregato intentionem Nostram ex ambona explicaretis, diem aliquam B. V. Mariae consolatrici afflictorum dicatam aut aliam, incipiendo a 2. Julii usque ad 15. Augusti h. a. seligatis, processionem unicam illa die cum populo ad quempiam locum in parochia instituatis ac Patrem misericordiarum ad hanc elicitam intentionem enixissime exoretis, ut misereatur tribulationis nostrae, recitantes in illo loco 5. pater, 5 ave, et 1. gloria . . dein orationem consuetam pro Papa et Ecclesia.

Dabamus in Palatio Nostro Eppali Tarnoviæ die 1. Maji 1872.

Nro. 1216.

Communicamus Vobiscum Venerabiles Fratres! litteras Illustrissimi et Reverendissimi Ignatii Paoli, Episcopi Nicopolitani in part. inf. et Administratoris Apostolici in Walachia, quibus ad pias Collectiones fine fundandi seminarii catholici Bucarestici Vos invitari desideramus.

Excellentissime Domine.

Ne, quaeso, Excellentiam Vestram admiratione afficiant præsentes litteræ, quas ego hoc dicto innixus „justum esse casibus in difficilibus ad aliorum auxilia recurrere“ ejusdem Excellentiæ Vestræ mittere audeo.

Ex scripto, quod ego ad catholicos meæ Missionis nuper direxi, res et finis recursus mei ad Excellentiam Vestram clare patebunt Hic solum addere liceat, quod nullo alio modo necessitatibus Missionis, cui praesum, in tanta præsertim varietate linguarum quibus hic loquuntur, me providere posse putavi, nisi per institutionem Seminarii ad Clerum indigenum formandum. Ni hoc factum fuisset, Missio ipsa in interitum iret.

Enimvero, Episcopo Missionario, media ad opus tantae molis sustentandum, atque firmandum (cum jam novemdecim juvenes coadunati sint) non suppetunt, ideoque ad christianæ Charitatis subsidia recurrere cogor.

Jam aliqua auxilia a nonnullis Episcopis et fidelibus Austriæ mihi venerunt, nunc animatus consilio perillustris Domini Consulis Imperii Austriaci, sub cujus protectione Missio nostra existit, non diu anceps hæsi, quin ad beneficam Liberalitatem Excellentiæ Vestræ fidens recurrerem, rogans, ut- si possibile est- aliqua pecuniaria subventione in auxilium meum venire dignetur.

Interea Excellentiæ Vestræ omnia fausta et prospera a cunctorum munerum largitore Deo adprecans, fraterno affectu et devota veneratione maneo

Ejusdem Excellentiæ Vestræ

humllmus et additiss.

† Ignatius Paoli

Cong. Poss. Episcopus Nicopolitanus et Administr. Apost. Valachiæ.

Qui suum obolum ad hoc pium opus conferre voluerint, ad Consistorium Episcopale dirigant.

E Consist. Ep. Tarn. 7. Mart. 1872.

N. 1208.

Album Monumentale Concilii oecumenici Vaticani ex anno 1869. et 1870.

Coaluit Romae Consortium sub directione Equitis A. de Singlau, fine publicandae Collectionis effigierum Patrum Concilii oecumenici Vaticani numero 730. sub titulo: „Album Monumentale Concilii occumenici Vaticani ex anno 1869. et 1870;" cum effigie Summi Pontificis Pii IX. et prospectu aulae conciliaris in appendice. Conditiones praenumerationis sunt sequentes:

Pretium operis completi est: 200. lir. (seu francs); Una lira = 50. cent. A. V.; ergo integrum pretium aequale est 100. fl. V. A. Quota haec exsolvenda est per 20. lir. menstrue, decem vicibus a die subscriptionis inchoando.

Qui opus hoc praenumeraverint et exsolverint quantum **200.** lir. in **quinque** vicibus id est 40. lir. menstrue, poterunt illud obtinere jam ligatum in **pelle.**

Qui iterum solverint in primo actu subscriptionis 30. lir. et sequentibus quatuor vicibus menstrue 40. lir. quod efficit **190.** lir.; obtinebunt opus hoc ligatum in **tela.**

Qui autem non juxta vices menstruas sed subito opus hoc sibi comparare desideraverint; poterunt obtinere illud ligatum in **pelle** pro 180 lir. quo casu tenentur solvere in actu subscriptionis 40. lir.; et dein 140. lir. quando opus eisdem intimatum fuerit.

Qui igitur e Venerabili Clero Album hoc sibi comparare desideraverint; notum faciant Consistorio juxta schema praenumerationis infra exhibitum, adnotando simul conditiones in rubricis appositas, sub quibus negotium hoc peragere velint. Poterunt etiam alii quorum interesset e statu laicali ad hoc invitari.

Datum	Nomen et Cognomen	Domicilium	lir. 200. vicibus menstruis per 20. lir.	lir. 200. ligat. in pelle vicibus menstr. per lir. 40.	lir. 190. ligat. in tela vicib. menstr. per lir. 40.	lir. 180 solvendo una vice ligat. in pelle.

E Cons. Ep. Tarn. 7. Mart. 1872.

L. 840.

Powstało stowarzyszenie w Wiedniu, dla zaopatrzenia wdów i sierót, pozostałych po śmierci officerów c. k Armii, które i sam Najjaś. Pan znacznie wspiera z innymi wysokimi dostojnikami, i toż wniesło do Nas prośbę, abyśmy tę sprawę szanownemu Duchowieństwu polecili, przeto czyniąc zadosyć temu wezwaniu, spodziewamy się, że ile kto może przyczyni się do tak chwalebnego dzieła.

Z Biskupiego Konzystorza
W Tarnowie dnia 8. Lutego 1872.

Nr. 1287.

C. K. Namiestnictwo we Lwowie. L. 7006.

Rozporządzeniem ministeryalném z dnia 22. lipca 1867. (Nr. 100. dz. ust. państw.) zostali zobowiązani świeccy duszpasterze, aby o każdym akcie ślubu danego osobie wojskowéj, która urlop trwały to jest: aż do czasu powołania, lub uzyskania dymisyi z wojska, albo téż do czasu przeniesienia do rezerwy otrzymała, lub nakoniec rezerwiście należącemu do wojska lądowego albo marynarki lecz niepozostającemu w czynnéj służbie, dotyczący dosłowny wyciąg z metryki ślubów przesłali przynależnéj władzy wojskowéj.

Ponieważ atoli według §. 19. punkt 3. reskryptu c. k. Ministerstwa obrony krajowéj z dnia 14. sierpnia 1871. l. 8459. tyczącego się instrukcyi względem wojskowego stósunku służbowego i utrzymywania ewidencyi urlopników i rezerwistów, zawarcie związku małżeńskiego przez takiego trwale urlopowanego lub rezerwistę powinno być przez niego samego przy najbliższém zgromadzeniu do kontroli ustnie doniesione, i równoczesném przedłożeniem metryki ślubnéj lub wierzytelnego odpisu takowéj udowodnione, a następnie uwidocznione w paszporcie wojskowym przez oficera kierującego takiem zgromadzeniem, przeto oświadczyło c. k. państwowe Ministerstwo wojny pod dniem 16. stycznia r. b. oddział 2. l. 9663/871, iż na wstępie przytoczone postanowienie rozporządzenia ministeryalnego z dnia 22. lipca 1867. Nr. 100. dz. ust. państw. utraciło moc obowiązującą.

O czém się Przewielebny Konzystorz Biskupi w skutek rozporządzenia c. k. Ministerstwa wyznań i oświaty z dnia 24. stycznia 1872. l. 778. celem stósownego powiadomienia podwładnego duchowieństwa, któremu poruczoném jest prowadzenie metryk uprzejmie zawiadamia.

Lwów dnia 21. lutego 1872.

W. zarządcom parafij do wiadomości i zastósowania.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 3. Maji 1872.

JOSEPHUS ALOJSIUS,
Episcopus Tarnoviensis.

Cyprianus Netuschill,
Cancellarius.

Tarnoviae 1872. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.